

CUIUS SUPRA DE PATRIARCHIS ET PRIMATIBUS AC RELIQUIS EPISCOPIIS, ET
 QUOD ECCLESIA ROMANA CARDO¹ ET CAPUT SIT² OMNIUM ECCLESIARUM.

[H. 28] Anacletus servus Christi Iesu³, in apostolica sede a domino constitutus et a sancto Petro
 apostolorum principe presbyter ordinatus omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus salutem.

5 Benedictus deus⁴ et pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione
 spiritali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in⁵ ipso ante mundi constitutionem, ut essemus
 sancti et immaculati in conspectu eius in caritate, praedestinans nos in adoptionem filiorum per
 Iesum Christum in ipsum⁶ secundum propositum voluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae, in
 qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius,
 10 remissionem peccatorum secundum divitias gratiae eius, qua⁷ abundavit in nobis in omni sapientia
 et prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae secundum bonum placitum eius,
 quod proposuit in eo, in⁸ dispensatione plenitudinis⁹ temporum, instaurare¹⁰ omnia in Christo, quae
 in caelis et quae in terra sunt, in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus praedestinati secundum
 propositum¹¹ eius, qui omnia operatur secundum consilium¹² voluntatis suae, ut simus in laudem
 15 gloriae eius, qui ante speravimus in Christo.

De primatibus, carissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt¹³, aut si esse deberent an
 non, quantum¹⁴ hactenus de his a beato Petro apostolo et a¹⁵ reliquis apostolis et a beato
 Clemente, nostro sancto praedecessore et martyre novimus statutum, denegare vobis minime
 possumus. Et quis¹⁶ est, qui quaerentibus fratribus denegare possit dubitationes vel¹⁷ necessitates
 20 eorum?

Quellen:

5-15: *Benedictus - Christo*, Ephes. I. 3-12.

Rezeption:

16-19: *De - possumus*: Coll. Ans. ded. I, 83.

¹ CARDO ET *fehlt* VD38

² SIT OMNIUM ECCLESIARUM] OMNIUM ECCLESIARUM SIT V630

³ Iesu *felt* VD38

⁴ deus *fehlt* I83

⁵ in ipso *fehlt* I83; VD38

⁶ idipsum I83

⁷ quam V630; quae I83; VD38

⁸ in *fehlt* V630

⁹ plenitudini V630

¹⁰ instaurare *korr. aus* instaure VD38

¹¹ propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium *fehlt* VD38

¹² consilium *fehlt* V630

¹³ *am Rande* interrogaverunt VD38

¹⁴ quantum *korr. aus* quante V630

¹⁵ a *fehlt* N442; I83; VD38

¹⁶ qui O93; VD38

¹⁷ et I83; VD38

Sacerdotum¹⁸ ¹⁹, fratres, ordo bipertitus est, et sicut dominus²⁰ illum constituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem a domino apostolos esse electos et constitutos et postea per diversas provincias ad praedicandum dispersos. Cum vero messis coepit²¹ crescere, videns paucos esse operarios ad eorum adiumentum septuaginta elegi praecepit discipulos. Episcopi vero domini²² apostolorum, presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenent.

Episcopi autem non in castellis²³ aut modicis civitatibus debent constitui²⁴, sed presbyteri per castella et modicas civitates atque villas debent ab episcopis ordinari et poni, singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab uno, sed a pluribus debet episcopis ordinari, et, ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen episcopi, aut alicubi²⁵, sed ad²⁶ honorabilem urbem titulandus et denominandus est. Presbyter²⁷ vero ad qualemcumque locum vel ecclesiam in²⁸ eo constitutam²⁹ est praeficiendus³⁰ atque³¹ in ea diebus vitae suae durandus³².

Amplius quam isti duo ordines sacerdotum nec nobis a deo collati³³ sunt nec apostoli docuerunt.

Quellen:

23f.: *Cum - operarios*, Luc. X. 2.

24f.: *Episcopi - tenent*, c. 13. conc. Neoces. Cf. supr. c. 24, Dam. de corep.

26f.: *Episcopi - poni*, Zachar. pp. ep. ad Bonif. (int. ep. S. Bonif. no. 52). Cf. Clem. 29, Dam. de corep.

28: *Et episcopus - ordinari*, c. 1. apost.

29f.: *non - denominandus est*, Zachar. pp. ep. ad Bonif. (int. ep. S. Bonif. no. 52).

Rezeption:

21-32: *Sacerdotum – docuerunt*: Coll. Ans. ded. IV,1.

21-28: *Sacerdotum – suos*: Ps.-Remedius c. 14; Burchard I,4; Ivo, Decr. V,58.

30f.: *Presbyter – durandus*: Sentenzen c. 163; Anselm v. Lucca VII,89; Polycarpus II,34,1.

24-31: *Episcopi – praeficiendus*: Ivo, Decr. V,98 (24: *vero domini* fehlt).

26-31: *Episcopi – praeficiendus*: Gratian D. LXXX, c. 3 (26: *autem* fehlt; 30f.: *vel – constitutam*] *in eo constitutae ecclesiae*).

¹⁸ *am Rande* De bipertito ordine sacerdotum I83; *am Rande* Quod bipertitus sit ordo sacerdotum VD38

¹⁹ Sacerdotum fratres *korr. aus* Sacerdotum O93

²⁰ dominus] dominus dominus O93

²¹ coepisset V630

²² domini *fehlt* N442; I83; VD38

²³ castellis *korr. aus* castel I83

²⁴ constitutii VD38

²⁵ *am Rande* in quolibet loco VD38

²⁶ ad honorabilem urbem] honorabili urbi I83

²⁷ *am Rande* De presbyteris in ecclesiis in quibus ordinati sunt diebus vitae suae perdurent I83; *am Rande* De presbyteris in ecclesia in qua ordinati in ea sunt diebus vitae suae perdurent VD38

²⁸ ab *korr. aus* in O93

²⁹ constituta I83

³⁰ *am Rande* praeponendus VD38

³¹ atque in ea diebus vitae suae durandus *fehlt* V630

³² perdurandus VD38

³³ *am Rande* facti attributi VD38

[H. 29] Episcoporum³⁴ vero ordo unus est, licet sint primates illi, qui primas civitates tenent, qui et in quibusdam locis patriarchae³⁵ a nonnullis vocantur. Illi autem, qui in metropoli a beato Petro ordinante domino et a³⁶ praedecessore nostro, praedicto sancto Clemente seu a nobis constituti sunt, non omnes primates vel patriarchae esse possunt, sed illae urbes, quae praefatis et priscis³⁷ temporibus primatem³⁸ tenuere, episcopi³⁹ eorum⁴⁰ patriarcharum aut primatum nomine⁴¹ fruuntur, reliquae vero metropoles archiepiscoporum aut metropolitanorum, et non patriarcharum aut primatum utantur nominibus, quia⁴² haec eadem et leges saeculi in suis continentur⁴³ principibus.

40 Aliae autem primae civitates, quas vobis conscriptas in quodam⁴⁴ tomo mittimus⁴⁵, a sanctis apostolis et a beato Clemente sive a nobis primates praedicatores acceperunt.

[H. 30] Haec⁴⁶ vero sacrosancta⁴⁷ Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalent adversus eam, et

Quellen:

33f.: *licet - vocantur* sec. c. 6. conc. Afric. (D.).

34-39: *Illi - nominibus* sec. c. 12. conc. Chalc. (D.) Cf. Clem. 28. 29, Iul. 12, Fel. II. pp. 12. xiii. (Annic. 3, Steph. 9).

42-60: *Haec - est*, conc. Nicen. praef. in cod. Quesnell. (Leon. M. ep. ed. Ballerin. 3, 23). Cf. Marcelli 1, Iul. 6.

Rezeption:

33-41: *Episcoporum - acceperunt*: Coll. Ans. ded. I,74.

34-41: *Illi - acceperunt*: Anselm v. Lucca VI,102; Deusdedit I,62.

42-44: *sacrosancta - Petrus*: Sentenzen c. 2 (*Petrus*] *Petrus et reliqua*) (s. auch. 76f.; 78-80); Anselm v. Lucca I,2 (s. auch 78-80); Ivo, Pan. IV,2 (*Petrus*] *Petrus et reliqua*) (s. auch. 76f.; 78-80); Polycarpus I,2,1 (*Petrus*] *Petrus et reliqua*).

42-55: *Haec - consecrarunt*: Coll. Ans. ded. I,11; Sentenzen c. 21.

42-56: *Haec - est*: Anselm v. Lucca I,66 (s. auch 58-60; 63-67; 78-80); Deusdedit I,61 (s. auch 58-60; 63-67; 78-80); Gratian D. XXII, c. 2 (s. auch 58-60; 63-69; 78-80).

42-60: *Haec - constituit*: Bonizo IV,51.

³⁴ *am Rande* De ordinatione episcoporum 093; *Vor* Episcoporum *Rubrik* DE ORDINE EPISCOPORUM ET PRIMATUM V630; DE ORDINATIONE EPISCOPORUM VD38

³⁵ patriarche a *korr. aus* patriarche VD38

³⁶ a *fehlt* V630

³⁷ *am Rande* antiquis VD38

³⁸ primatum V630

³⁹ episcopi eorum] episcoporum V630

⁴⁰ earum I83

⁴¹ nomine fruuntur reliquae vero metropoles archiepiscoporum aut metropolitanorum, et non patriarcharum aut primatum *fehlt* I83; VD38

⁴² quia *korr. aus* qui V630; N442

⁴³ continent I83

⁴⁴ *am Rande* quodam libro VD38

⁴⁵ *am Rande* divisione V630

⁴⁶ *am Rande* De primatu romanae ecclesie VD38

⁴⁷ sacrasancta V630

45 tibi dabo claves regni caelorum. Et quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelo⁴⁸,
 et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelo. Adhibita⁴⁹ est etiam societas in
 eadem Romana urbe beatissimi apostoli⁵⁰ Pauli vasis electionis, qui uno die unoque⁵¹ tempore
 gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est, et ambo sanctam
 Romanam ecclesiam consecrarunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo eam sua praesentia
 50 atque venerando triumpho praetulerunt. Et licet pro⁵² omnibus assidua apud deum omnium
 sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio⁵³
 cyrographo pollicetur dicens: Testis enim⁵⁴ mihi⁵⁵ est deus⁵⁶, cui ego⁵⁷ servio in spiritu meo⁵⁸ in
 evangelio filii⁵⁹ eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.
 Prima⁶⁰ ergo⁶¹ sedes est caelesti⁶² beneficio Romanae⁶³ ecclesiae, quam, ut memoratum est,
 55 beatissimi Petrus et Paulus suo martyrio consecrarunt. [H. 31] Secunda⁶⁴ autem sedes apud
 Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo atque evangelista consecrata est, quia
 ipse⁶⁵ et in Aegypto⁶⁶ primum verbum veritatis directus a Petro praedicavit et gloriosum suscepit
 martyrium, cui venerabilis successit Abilius. [H. 32] Tertia vero sedes apud Antiochiam, id⁶⁷ est
 beati Petri apostoli, habetur honorabilis, quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit et Ignatium
 60 episcopum constituit, et illic primum⁶⁸ nomen christianorum novellae gentis exortum est. Reliquas
 vero, ut praediximus, in quodam tomo prolixitatem vitantes⁶⁹ epistolae vobis conscriptas direximus.
 [H. 33] Inde⁷⁰ namque et beati apostoli inter⁷¹ se statuerunt, ut episcopi singularum scirent gentium,

Quellen:

62f.: *ut - esset*, c. 35. apost.

⁴⁸ caelis I83

⁴⁹ *am Rande* addita VD38

⁵⁰ apostoli Pauli] pauli apostoli V630; N442; I83; VD38

⁵¹ unoque] uno quoque V630

⁵² pre V630

⁵³ *am Rande* propria manus scriptura VD38

⁵⁴ enim *fehlt* I83

⁵⁵ mihi est] est mihi VD38

⁵⁶ dominus VD38

⁵⁷ est O93; ego *fehlt* V630

⁵⁸ meo *korr. aus me* O93

⁵⁹ filii N442

⁶⁰ *Vor* Prima Rubrik DE SEDE ROMANA ET ALEXANDRINA ATQUE ANTIOCHENA V630; I83 (*am Rande*)

⁶¹ ergo *fehlt* V630

⁶² *am Rande* celesti munere VD38

⁶³ Romanae ecclesiae] romana ecclesia O93; romana ecclesia *korr. aus* romanae ecclesiae N442

⁶⁴ *am Rande* De sed[e ro]mana[et alex]andr[ina] [atque a[n]tiocena] O93; *am Rande* de romana et alexandrina et antiochia VD38

⁶⁵ ipse et *korr. aus ipse* I83

⁶⁶ egyptum VD38

⁶⁷ id est] item VD38

⁶⁸ primum nomen] nomen primum N442; I83; VD38

⁶⁹ *am Rande* prohibentes VD38

⁷⁰ *am Rande* Mentio canonum apostolorum N442

⁷¹ inter se statuerunt] statuerunt inter se I83

quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior⁷² eorum sollicitudo pertineret. Nam et inter beatos apostolos quaedam fuit discretio. Et licet omnes essent apostoli, Petro tamen a domino est concessum, et ipsi inter se idipsum voluerunt, ut reliquis omnibus praeesset apostolis, et cephas, id est caput, et principium teneret apostolatus. Qui et eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Unde scriptum est: Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, id est primi inter eos fuerunt. Et quamvis ita sit ordinatum, nemo tamen, quod suum est, quaerat, sed quod alterius.

70 Unde ait beatus apostolus Paulus: Unusquisque placeat proximo suo in bonum ad aedificationem. Et sicut ipse salvator suis ait discipulis: Qui maior est vestrum, erit minister vester, et reliqua. Et licet super his aliqua dicta sint, repetentes tamen saepius admonemus, ut semper in omnibus et ab omnibus vitentur elationes⁷³ mentis et corporis. Et quantum maior unusquisque videtur esse, tantum sit humilior, sicut dominus salvator noster non venit ministrari, sed ministrare.

75 Et si frater⁷⁴ aliquis praeoccupatus fuerit in quodam⁷⁵ delicto, vos, qui spiritales estis, instruite eum spiritu lenitatis. [H. 34] Si quae vero causae⁷⁶ difficiliore inter vos ortae fuerint, ad huius sanctae

Quellen:

63f.: *Nam - apostolis*, Leon. M. ep. 14. c. 11. (1, 691). Cf. Clem. 29, Melch. 3, Iul. 9, Vigil. 7.

68: *Moses - eius*, Ps. XCVIII. 6.

69: *nemo - alterius*, I Cor. X. 24.

70: *Unusquisque placeat — ad aedificationem*, Rom. XV. 2.

71: *Qui - vester*, Matth. XXIII. 11.

74: *sicut - ministrare*. Matth. XX. 28.

75f.: *Et - lenitatis*, Galat. VI. 1.

76f.: *Si quae — iudicio* sec. Innoc. I. ep. ad Vict. Rothom. c. 3. (H. no. 7). Ben. II. 381. III. 109. Cf. supra c. 17, Zeph. 6, Gai. 7, Marcelli 2, Iul. 5, Vigil. 7, Pelag. II. pp. ep. 1.

Rezeption:

64f.: *Prima – consecrarunt*: Ivo, Pan. IV,4 (*ergo*] *igitur*).

54-60: *Prima – est*: Ivo, Decr. V,2.

55-58: *Secunda – Abilius*: Coll. Ans. ded. I,109.

58-60: *Tertia – est*: Anselm v. Lucca (s. auch 42-56; 63-67; 78-80); Deusdedit I,61 (s. auch 42-56; 63-67; 78-80); Gratian D. XXII, c. 2 (s. auch 42-56; 63-69; 78-80).

58-61: *Tertia – direximus*: Coll. Ans. ded. I,110.

62-71: *Inde – reliqua*: Coll. Ans. ded. I,75.

62-71: *beati – reliqua*: Burchard I,159 (62: *beati*] *beati etiam*; 66: *caput et principium*] *ut Petrus principatum*); Ivo, Decr. V, 269 (62: *beati*] *beati etiam*; 66: *caput et principium*] *ut Petrus principatum*).

63-67: *inter – tradiderunt*: Anselm v. Lucca I,7; Anselm v. Lucca I,66 (s. auch 42-56; 58-60; 78-80); Deusdedit I,61 (s. auch 42-56; 58-60; 78-80); Polycarpus I,1,1.

63-69: *inter – fuerunt*: Gratian D. XXII, c. 2 (s. auch 42-56; 58-60; 78-80).

76f.: *Si – iudicio*: Sentenzen c. 2 (*Si*] *igitur si*) (s. auch 42-44; 78-80); Ivo, Pan. IV,2 (*Si*] *igitur si*) (s. auch 42-44; 78-80).

⁷² *am Rande maior VD38*

⁷³ *electiones N442; VD38*

⁷⁴ *fratres N442; I83*

⁷⁵ *aliquo V630*

⁷⁶ *causa VD38*

sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur iudicio⁷⁷, quia sic dominum⁷⁸ velle ab eoque ita constitutum esse antedictis testimoniis declaratur⁷⁹. Haec⁸⁰ vero apostolica sedes cardo et caput, ut factum⁸¹ est a domino et non ab alio, est⁸² constituta, et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae sedis auctoritate omnes ecclesiae domino disponente reguntur.

[H. 35] Accusatores⁸³ autem et testes esse non possunt, qui ante hesternum aut nudius tertius diem⁸⁴ inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne laesi se⁸⁵ ⁸⁶ ulcisci⁸⁷ velint. Inoffensus⁸⁸ igitur accusatorum et testium affectus quaerendus est, et non suspectus⁸⁹. Causam enim vestram alieno nolite committere⁹⁰ iudicio. Valde enim iniquum est, ut omissis suis alii⁹¹ quilibet illorum⁹² se causis

85 immisceant, quoniam nullis in locis spiritalis⁹³ cura deficit, sed⁹⁴ per omnia, qua⁹⁵ nomen dei

Quellen:

76f.: *ad - caput sec.* Innoc. I. ep. ad Felic. Nuc. pr. (H. no. 9). Cf. Evar. 1, Sixt. I. pp. 5, Marcelli 2, Iul. 6, Dam. de corep., Anast. I. pp. ep. 1, Fel. IV. pp. ep. 1.

81-83: *Accusatores - suspectus*, Ambros. ep. 5. no. 2. (2, 765). Cf. Fab. 13, Steph. 11. (ad verba: *ne irati etc.*) Symm. syn. V., Ioh. I. pp. ep. 1.

83f.: *Causam - iudicio*, Ambros. ep. 40. (2, 955). Cf. Corn. 5.

85f.: *quoniam - extendit*, Coelest. ep. ad episcop. per Vienn. pr. (H. 34).

Rezeption:

76-80: *Si - reguntur*: Coll. Ans. ded. I,12; Burchard I,178; Ivo, Decr. V,294; Polycarpus I,2,2.

76-80: *Si - declaratur*: Anselm v. Lucca II,5.

78-80: *Haec - reguntur*: Sentenzen c. 2 (78: *Haec*] *Ergo haec*) (s. auch 42-44; 76f.); Anselm v. Lucca I,2 (s. auch 42-44); Anselm v. Lucca I,66 (s. auch 42-56; 58-60; 63-67); Deusdedit I,61 (s. auch 42-56; 58-60; 63-67); Ivo, Pan. (78: *Haec*] *Ergo haec*) (s. auch 42-44; 76f.); Gratian D. XXII, c. 2 (s. auch 42-56; 58-60; 63-69).

81f.: *Accusatores - velint*: Bonizo III,46 (81: *Accusatores - possunt*] *Non possunt esse accusatores vel testes*).

81-83: *Accusatores - suspectus*: Burchard I,152 (81f.; *ante - fuerunt*] *in proximo facti sunt inimici*); Sentenzen c. 45; Anselm v. Lucca III,14; Ivo, Decr. V,239 (s. auch 94f.; 107-109; 109-112); Polycarpus V,1,4 (82: *velint*] *cupiant*); Gratian C. III, q. 5, c. 2.

81-86: *Accusatores - extendit*: Coll. Ans. ded. III,41.

81-83: *testes - suspectus*: Ivo, Pan. IV,84 (81: *testes*] *testes autem*).

⁷⁷ iudicio I83

⁷⁸ domino O93; N442

⁷⁹ declaratur korr. aus declarantur O93

⁸⁰ am Rande Quod roman[a] ecclesia car[do est] omnium eccl[esiarum] O93; vor Haec Rubrik QUOD ROMANA ECCLESIA CARDO EST OMNIUM ECCLESIARUM V630

⁸¹ fatum O93; N442; interlinear vel ta V630

⁸² est fehlt V630

⁸³ Vor Accusatores Rubrik DE ACCUSATORIBUS V630; am Rande De accusatoribus I83

⁸⁴ die O93; N442; VD38

⁸⁵ se fehlt VD38

⁸⁶ se ulcisci] ulcisci se N442; I83

⁸⁷ am Rande vindicare VD38

⁸⁸ am Rande De accu[s]atoribus O93; am Rande Inlesus VD38

⁸⁹ susceptus N442; I83

⁹⁰ am Rande tradere VD38

⁹¹ ali I83

⁹² aliorum I83

⁹³ spiritalis korr. aus spiritalibus V630

⁹⁴ sed] sed se V630

⁹⁵ quia I83

praedicatur, extendit. Studendum est omnibus, ut non⁹⁶ aemulationes malae, sed piae sint inter vos dilectiones, quia in hoc vos omnes domini discipulos esse veros noverint, si dilectionem habueritis ad invicem. Ex omni ergo genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suae, et⁹⁷ de⁹⁸ vasis irae faciat vasa misericordiae.

90 Unde nos⁹⁹ summopere studendum est, ut cooperatores simus gratiae dei, quia¹⁰⁰ ad hoc vocati sumus eiusque familiari colloquio sociati¹⁰¹ et sacerdotes sacrati, ut fructuosos illi manipulos reportemus cooperante gratia eius.

[H. 36] Necesses¹⁰² est enim, ut rectores a subditis timeantur ab ipsisque corrigantur, ut humana¹⁰³ formidine¹⁰⁴ peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui

95 doctorum vitam moresque corrumpunt his, qui substantias aliorum praediaque¹⁰⁵ diripiunt. Ipsi autem ea, quae extra nos, licet nostra sint, auferunt, nostri quoque detractores et morum corruptores nostrorum sive, qui adversus nos armantur, proprie¹⁰⁶ nosipsos decipiunt, et ideo iuste infames sunt et merito ab ecclesia extorres¹⁰⁷ fiunt. [H. 37] Pro¹⁰⁸ meritis ergo plebis saepe

Quellen:

87f.: *quia – invicem*, Ioann. XIII. 35.

88f.: *Ex - misericordiae*, Coelest. ep. ad Vener, c. 11. (H. no. 33).

90: *ut - gratiae*, Coelest. ep. ad Vener, c. 12.

91f.: *fructuosos - reportemus* sec. Greg. M. hom. I. 17. no. 16. Cf. Clem. 27, Sot. 1, Fel. I. pp. 7, Lib. 2, Dam. de corep.

93f.: *Necesses - formidant*, Greg. M. reg. part. II. 6. (2, 20.) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 13.

94-97: *Deteriores - decipiunt*, Isid. sent. III. 38. no. 5. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 30. Cf. Ant. 5.

98-105: *Pro - ruant* sec. Isid. sent. no. 3. 4. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 30. Cf. Ant. 5.

Rezeption:

93-98: *Necesses – fiunt*: Coll. Ans. ded. II, 138; Ps.-Remedius c. 15; Burchard I, 138; Ivo, Decr. V, 252; Polycarpus IV, 14, 3; Polycarpus IV, 32, 17 (Inskription *Eusebius*).

94f.: *Deteriores – diripiunt*: Deusdedit IV, 305 (94: *quippe* fehlt) (s. auch 97f.); Ivo, Decr. V, 239 (*diripiunt*] *corrumpunt*) (s. auch 81-83; 107-109; 109-112).

94-99: *Deteriores – sequuntur*: Anselm v. Lucca III, 11 (94: *quippe* fehlt); Gratian C. VI, q. 1, c. 15 (94: *quippe* fehlt).

97f.: *et – fiunt*: Deusdedit IV, 305; Ivo, Decr. V, 239 (s. auch 94f.; 107-109; 109-112; 115-118).

98-107: *Pro – nobis*: Coll. Ans. ded. II, 135.

98-101: *Pro – sanitas*: Sentenzen c. 75; Anselm v. Lucca VI, 123.

⁹⁶ est, *am Rande* vel ne V630

⁹⁷ et de *korr. aus* et O93

⁹⁸ de *fehlt* N442; ex I83; VD38

⁹⁹ nobis VD38

¹⁰⁰ qui VD38

¹⁰¹ societati I83

¹⁰² *am Rande* Ut episcopi a subditis timeantur N442; VD 38 (*davor*)

¹⁰³ humanam I83

¹⁰⁴ *am Rande* timore VD38

¹⁰⁵ *am Rande* agros VD38

¹⁰⁶ propria VD38

¹⁰⁷ *am Rande* alieni VD38

¹⁰⁸ *am Rande* Quod pro meritis plebis sepe pastores ecclesie depravantur ut proclivius corruant qui sequuntur VD 38

pastores depravantur¹⁰⁹ ecclesiae, ut proclivius¹¹⁰ corruant, qui sequuntur. Capite videlicet
 100 languescente¹¹¹ facilius reliqua corporis membra inficiuntur¹¹², sicut¹¹³ scriptum est: Omne caput
 languidum et omne cor merens¹¹⁴, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.
 Quapropter manifestum est diabolus, qui sicut leo rugiens circuit quaerens, quem possit devorare,
 cordibus plebium suadet¹¹⁵, ut doctores¹¹⁶ atque pastores suos detractionibus¹¹⁷ irrogent vel
 accusent, ut plebibus¹¹⁸ languescentibus¹¹⁹ vel agentibus¹²⁰ non tenentes¹²¹ pastoribus frena
 105 earum¹²² lascivient¹²³ atque in ima ruant¹²⁴, ut¹²⁵ salutem¹²⁶ si¹²⁷ 128 eas¹²⁹ periclitare¹³⁰ possint.
 Multum vero distant damna morum¹³¹ a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa¹³²
 vero in nobis. [H. 38] Sententia quoque Cham filii Noe damnantur, qui suorum doctorum vel
 praepositorum¹³³ culpas¹³⁴ produnt ceu¹³⁵ Cham, qui patris pudenda¹³⁶ non operuit, sed deridenda

Quellen:

106f.: *Multum - nobis*, Isid. sent. no. 5. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c.30.

102-109: *Sententia - monstravit*, Isid. sent. 39. no. 4. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 31. Cf. Fab. 22.

Rezeption:

99-107: *Capite - nobis*; Gratian C. VI, q. 1, c. 11 (99: *videlicet* fehlt).

106-109: *Multum - monstravit*; Ps.-Remedius c. 16.

107-109: *Sententia - monstravit*; Anselm v. Lucca III,37; Ivo, Decr. V,239 (*quoque*] *quippe*) (s. auch 81-83; 94f.; 97f.;

¹⁰⁹ derivantur I83

¹¹⁰ proclivivius O93

¹¹¹ *interlinear* infirmante VD38

¹¹² *interlinear* corrumpuntur VD38

¹¹³ ut V630

¹¹⁴ *interlinear* tristans lugens VD38

¹¹⁵ suadere VD38

¹¹⁶ doctores atque pastores suos] doctoribus atque pastoribus suis VD38

¹¹⁷ detractiones VD38

¹¹⁸ plebibus *über der Zeile* vel plebes V630; plebibus *korr. zu* plebes ; plebes VD38

¹¹⁹ languescentibus *korr. zu* languescentes V630; languescentes VD38

¹²⁰ agentibus *korr. zu* agentes V630; agentes VD38

¹²¹ tenentes *korr. zu* tenentibus V630; tenentibus I83; VD38

¹²² eorum V630; N442

¹²³ *am Rande* elaxaverint VD38

¹²⁴ *am Rande* cadant VD38

¹²⁵ ut salutem si eas periclitare possint *fehlt* V630

¹²⁶ saltem VD38

¹²⁷ sic VD38

¹²⁸ si eas] earum I83

¹²⁹ eas *fehlt* VD38

¹³⁰ perclitari VD38

¹³¹ *am Rande* conversationum VD38

¹³² alia I83

¹³³ propositorum I83

¹³⁴ culpam V630

¹³⁵ seu I83

¹³⁶ *am Rande* turpia VD38

monstravit. [H. 39] Doctor autem vel pastor ecclesiae, si a fide exorbitaverit¹³⁷ ¹³⁸, erit a fidelibus
 110 corrigendus, sed pro reprobis¹³⁹ moribus magis est tolerandus quam distringendus, quia rectores
 ecclesiae a deo sunt¹⁴⁰ iudicandi, sicut ait propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio
 autem deos¹⁴¹ discernit¹⁴² ¹⁴³. Unde oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes
 suas adversus pastorem suum tumescere¹⁴⁴ aut clerum detractionibus vacare¹⁴⁵, hoc vitium pro
 viribus extirpare prudenterque corrigere satagat¹⁴⁶, nec¹⁴⁷ eis in quibuscumque negotiis misceri, si
 115 incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, praesumat¹⁴⁸, quoniam tam
 sacerdotes quam reliqui fideles omnem¹⁴⁹ summam¹⁵⁰ ¹⁵¹ debent habere curam de his, qui pereunt,
 quatenus eorum redargutione¹⁵² aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab
 ecclesia¹⁵³ separentur.
 Ait¹⁵⁴ ergo beatus apostolorum princeps Petrus de sancto praedecessore nostro Clemente plebibus
 120 praedicando, quando¹⁵⁵ docebat¹⁵⁶ eas¹⁵⁷, qualiter ei oboedire deberent eumque¹⁵⁸ observare, inter
 cetera ita: Si¹⁵⁹ inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat: cum

Quellen:

109-112: *Doctor - discernit*, Isid. sent. 39. no. 6. 5. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 31. Cf. Clem. 42, Calist. 3, Fab. 23.

115-118: *quoniam - separentur*, Isid. sent. 46. no. 4. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 36. Cf. Greg. M. ep. ad Fel.

121-127: *Si - reliqua*, Clem. ep. I. (c. 17. i. f., 18). Cf. Alex. 6, Fab. 6.

Rezeption:

115-118) Gratian C. II, q. 7, c. 12; Gratian C. II, q. 7, c. 27 dict. p.

107-115: *Sententia – praesumat*: Sentenzen c. 74 (107: *quoque* fehlt).

109-112: *Doctor – discernit*: Anselm v. Lucca VI,122 (109: *autem* fehlt); Ivo, Pan. IV,40 (109: *autem – exorbitaverit*] *a fide exorbitans*).

109-112: *pastor – discernit*: Ivo, Decr. V,239 (112: *discernit*] *diiudicat*) (s. auch 94f.; 97f.; 107-109; 115-118)

109-118: *Doctor – separentur*: Coll. Ans. ded. II,139; Ps.-Remedius c. 17; Burchard I,136; Ivo, Decr V,250.

115-118: *tam – separentur*; Ivo, Decr. V,239 (s. auch 94f.; 97f.; 107-109; 109-112); Gratian C. XXIV, q. 3, c. 14.

¹³⁷ *am Rande* declinaverit erraverit VD38

¹³⁸ exorbitaverit *korr. aus* exorbitaverint O93

¹³⁹ *interlinear* malis VD38

¹⁴⁰ sunt iudicandi] iudicandi sunt V630

¹⁴¹ deus I83

¹⁴² *am Rande* iudicat VD38

¹⁴³ diiudicat V630

¹⁴⁴ *am Rande* superbire VD38

¹⁴⁵ *am Rande* studere VD38

¹⁴⁶ *am Rande* studeat VD38

¹⁴⁷ ne I83

¹⁴⁸ praesumant V630

¹⁴⁹ omnes V630; VD38

¹⁵⁰ *am Rande* magnam VD38

¹⁵¹ summam debent] debent summam *korr. aus* summam V630

¹⁵² *am Rande* rephensione vituperatione VD38

¹⁵³ ecclesiae V630

¹⁵⁴ *VorAit Rubrik* DE SUBIECTIS QUI AMICI SUNT INIMICIS EPISCOPORUM SUORUM V630

¹⁵⁵ quando *fehlt* I83

¹⁵⁶ docebat *korr. aus* docebant V630

¹⁵⁷ eos VD38

¹⁵⁸ eumque observare *korr. aus* eumque observare eumque observare V630

¹⁵⁹ *am Rande* cui episcopus inimicus est pro actibus suis nullus ei amicus esse debet et nec loqui cui non loquitur donec satisfaciat quod si quis fecerit excommunicatus esse atque ab ecclesia pelli debet I83

illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis, et voluntati eius absque communicatione obsecundare¹⁶⁰ et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum¹⁶¹, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui hic in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, 125 festinet citius reconciliare ei, qui omnibus praeest, et¹⁶² per hoc redeat ad salutem, cum oboedire coeperit monitis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare dei ecclesiam volunt, et reliqua. His aliisque quamplurimis documentis facile unusquisque advertere¹⁶³ ¹⁶⁴ potest, qualiter oboedire et obtemperare debet praepositis suis, et qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt aut inimici. [H. 40] Si quis enim haec 130 praecepta¹⁶⁵ non observaverit¹⁶⁶, hostis est animae suae, et non tantum infamis, sed¹⁶⁷ excommunicatus atque alienus¹⁶⁸ ab ecclesia efficiatur, quoniam necesse est, ea vitia ferro abscidere, quae aliis medicaminibus non sanantur.

Parcat unusquisque a laceratione vel detractone linguae suae caveatque, ne aut linguam aut¹⁶⁹ aures habeat prurientes, id est, ne aut aliis deroget detrahatque¹⁷⁰ quoscumque¹⁷¹ aut alios audiat 135 derogantes vel detrahentes, custodiatque¹⁷² quisque sermones suos et sciat, quia, quaecumque¹⁷³ de aliis loquitur, sua sententia iudicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne¹⁷⁴ derogando, quid¹⁷⁵ in domo cuiusquam agitur¹⁷⁶, alia domus¹⁷⁷ per eum cognoscat, sed omnium christianorum domus¹⁷⁸

Quellen:

129f.: *Si - suae*, Hieron, ep. ad Oceanum de vita cleric. (11, 371.) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 98. Cf. Corn. 3.

131f.: *quoniam - sanantur*, Siric. ep. ad Eum. c. 7. i. f. (H. no. 3). Cf. Fab. 11, damn. Vigili, Symm. syn. VI., Pelag. II. pp. ep. 1.

133-139: *Parcat - linguam* sec. Hieron, ep. ad Nepotian. no. 14. 15. (1, 268.) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 94. Cf. Ant. 5, 6.

Rezeption:

129-132: *Si - sanantur*: Polycarpus IV,42,5.

133-139: *Parcat - linguam*: Coll. Ans. ded. V,68.

¹⁶⁰ *am Rande* consentire VD38

¹⁶¹ *aversum* I83

¹⁶² *ut* I83

¹⁶³ *am Rande* cognoscere sive intelligere VD38

¹⁶⁴ *avertere* O93; *advertere* korr. *aus* *avertere* N442; I83; VD38

¹⁶⁵ *praecepta*] *praecepit* an O93; *percepit* et VD38

¹⁶⁶ *observavit* VD38

¹⁶⁷ *sed*] *sed et* I83

¹⁶⁸ *alienus* korr. *aus* *olienus* VD38

¹⁶⁹ *interlinear* *detrahente* VD38

¹⁷⁰ *detraat* I83

¹⁷¹ *quibuscumque* I83

¹⁷² *custodiat* I83; VD38

¹⁷³ *quicumque* V630; *quaecumque* korr. *aus* *cumque* N442

¹⁷⁴ *am Rande* *cum* V630

¹⁷⁵ *quid* korr. *zu* *quod* V630; *quod* VD38

¹⁷⁶ *iterum* I83

¹⁷⁷ *domos* I83

¹⁷⁸ *domos* N442; I83; VD38

quasi proprias amet¹⁷⁹. Nemo enim invito auditori libenter refert, sitque uniuscuiusque studium, non solum oculos castos servare, sed et linguam.

140 Vos autem, carissimi, qui estis¹⁸⁰ sub domini disciplina constituti, sic vos exhibete ut veri ministri dei et dispensatores ministeriorum eius, ut non vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, sicut scriptum est: Erit sicut populus sic¹⁸¹ sacerdos¹⁸². [H. 41] Sic enim vos vestrosque et cunctos corrigite, ut nemini noceatis, quatenus et¹⁸³ ab hominibus¹⁸⁴ bonam acquiratis famam¹⁸⁵ et a deo mercedis praemium in¹⁸⁶ aeterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid adversi de unitate
 145 ecclesiae acciderit, radicitus amputetur¹⁸⁷, et dei ecclesia fructusque¹⁸⁸ servorum eius maneat¹⁸⁹ inconcussa¹⁹⁰. Propter¹⁹¹ quod, carissimi, exspectantes satagite immaculati, ei inveniri in pace et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini. Et¹⁹² estote ergo prudentes atque vigilate in orationibus ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum, hospitales invicem sine murmuratione, unusquisque, sicut accepit
 150 gratiam, in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis¹⁹³ gratiae dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei, si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat deus¹⁹⁴, ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

Quellen:

140-146: *Vos - inconcussa*, Zachar. ep. ad Franc, (int. ep. S. Bonif. no. 50. p. 105), Ben. 1.1.

146f.: *Propter - arbitramini*, II Petr. III. 14.15.

147-153: *estote - Amen*, I Petr. IV. 7-11.

¹⁷⁹ amet korr. aus amat V630; estimet VD38

¹⁸⁰ estis korr. aus esti V630

¹⁸¹ sic] sic et VD38

¹⁸² sacerdotes I83

¹⁸³ ut I83

¹⁸⁴ hominibus korr. aus omnibus O93

¹⁸⁵ famem O93

¹⁸⁶ in fehlt V630

¹⁸⁷ amputetur korr. aus ampetur O93

¹⁸⁸ fructusque korr. aus fructusque V630; fructusque VD38

¹⁸⁹ maneat V630; I83; maneat korr. aus maneat N442

¹⁹⁰ am Rande inperturbate incontaminata VD38

¹⁹¹ Propter quod] Propterea I83

¹⁹² Et fehlt VD38

¹⁹³ am Rande diverse VD38

¹⁹⁴ d I83